~~Orat.~~

Ad Sigism. I.

Sigismundus I. Rex Poloniæ, Religiosis Ordinis Sancti Dominici in Capitulo generali Romæ congregatis.

326

Venerabiles et religiosi Patres devoti nobis dilecti.

Ademerat fœlicis memoriæ Leo Pontifex X. duo monasteria ordinis Vestri, videlicet Sanctæ Catharinæ Grisopitmaden, et Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum, Postualeen, Caminen, Dioec. Provinciali regni nostri et Saxonico aperi jusserat, ~~perperam~~ ab eodem Provinciali saxonico fueram instructus, cum autem nos ejus Sanctitatem per literas nostras, uti se res habet edormisse: mus negotium hoc ad Capitulum Vestrum retulit. Intelligens nos igitur Vestras Paternitates ipsum Capitulum hoc tempore Romæ habituras, significandam eam rem illis duximus, ac rogamus illas plurimum, ut ipsa monasteria, quæ antiquitus ad provinciam Regni Nostri pertinebant, et hactenus semper pertinuerunt in jurisdictionem Provincialis Regni Nostri restituere velint. Nam ex talibus mutationibus, et ademptioni

bus

bus etiam, quæ non admodum magni momenti videntur, solent graves turbæ, et dissensiones inter Populos, et nationes oriri, et proinde facient Vestræ Paternitates rem sua prudentia dignam ordini suo conducibilem, et nobis gratissimam. Quæ bene valeant, et Nos in suis Orationibus habeant commendatos. Datum Etc.